Antienne à la Sainte Vierge.

INviolata, integra et casta es, Maria.
Quæ es effecta fulgida cœli porta.
O Mater alma Christi carissima!
Suscipe pia laudum præconia.
Nostra ut pura pectora sint et corpora,
Te nunc flagitant devota corda et ora.
Tua per precata dulcisona.
Nobis concedas veniam per sæcula.
O benigna! O Maria! O Virgo pia!
Quæ sōla inviolata permansisti.

v. Post partum Virgo inviolata permansisti.

R. Dei genitrix, intercede pro nobis.

ORAISON.

DEus qui salutis æternæ Beatæ Mariæ virginitate fœcundâ, humano generi præmia præstitisti, tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

AUTRE ANTIENNE.

ALma Redemptoris mater.
Quæ pervia cœli Porta manes, et stella maris, succure cadenti.